

7. Sept. Venit p. Fridericus Capucinatorum guardianus.
8. Adfuit domina de Alba, intra triennium alias nunquam.
12. Oves 13 et hircos 3 misi Merklingam.
13. Venit p. supprior ex Bebenhusen.
15. Rursus nunciatur hostis adventus; nostra paramus ad fugam; pridie 4 pecora dimisi.
17. Fui Badenæ et Jesuitis dixi, ne nostra bona a marchione data sibi retineant, non esse accipiendum holocaustum in rapinam.
24. Marchiobadani moluntur plura contra nos.
27. Adfuerunt 2 moniales Albanæ conquestæ, quod requirant 10 maltera avenæ pro Bissingerianis ex utraque Alba; dabimus nihil.
28. Malschiani per Megarer compelluntur ad defensionem Eilinganam, sed non sinuntur a nobis. Dubium, an hostis an alius visus. Eilingæ tamen metus erat.
1. Oct. Capitulum provinciale celebratum in Speciosa valle.
2. P. Columbanus Capucinatorum provincialis discessit.
7. Milites ex Gillhasianis et Benrauanis transeunt Pforzen. Adsunt duæ conversæ ex Witichen.
8. Dicuntur frumenta in Birkenfeld arrestata per prædicantes.
11. Dimisi Christoferum propter contributionem ferendam in Merklingen.
16. Ivi Durlacum.
17. Benraviani transeunt; subsisto inibi.
21. Venit cum tota armatura Mercii* in Merklingen et evertit destruitque miles ædificia.
22. Tegitur abbatia et reficitur tectum et camini.
23. Templum etiam.
27. domus ad molendinum et stabulum in villa detecta, ut templum tegetur.
30. Obiit dominus Christoferus abbas in Mulbron.
31. Benrenauica legio dicitur locatura in utraque Alba et dimisi nuncium ad Mercium.
4. Nov. Absolutum est tectum templi a fabris lignariis et solutum. Constat totum ædificium 110 fl. à fabris, exceptis reliquis operariis. Absis constabit 14 fl.
4. Abiit Mercius cum suo exercitu Merklingæ et 8 nunciatur eo rediturus.
6. Benzenauu cum sua legione nocte horâ 11 invasit Derdingam.
7. Nov. vocatus sum Badam ad concilium a statibus, sed renui et statum imperii liberum absolutum esse Alba monstravi.
- Eodem præfectis in Gerspach Albam habere jus in suos subditos æquale aliis dominis in statibus.
9. Nocte dimisi p. suppriorem ad Mercium.
10. Absoluta est tectura templi in Alba.
11. De cæso exercitu archiducis Leopoldi nova allata, Gallos nolle servare pacta erga marchionatum et Vinarium* exercitum movere in Franconiam.
13. u. 14. fuit mecum abbas de Hirsauu propter pericula:
23. Pater Fridericus et domina abbatissa de Alba. Marchio, antequam abiret Viennam, nos curavit vexari propter fœnum dandum Bissingerianis, ideo scripsi Bambergero pro malo avertendo.
25. Venit dominus de Augia dei, et 26 rediit domum, et ego paululum convalui.
28. Sub noctis hora undecima fuit terræ motus magnus in Alba.
29. rursus commissarius Brenner venit propter 34 flor. restantes per 2 muschetarios.
1. Dec. Hora 3tia antemeridiana obiit domina Rosina Herzogin abbatissa Vallis lucidæ. Requiescat in pace; pauci temporis abbatissa. Vocatus est ad electionem dominus de Mulbron et ego, sed non iturus, sicut nec antehac ob causas prægnantes.
2. Adfuit dominus de Mulbron, iturus ad electionem in Lucidam. Venit pater Fridericus cum salvaguardiis.
6. Electa Eva Regina in Abbatissam Lucidæ vallis præsentis domino Bernardino abbate de Mulifonte, et Marchio-Badanis non est concessum esse apud electionem.
7. discessit p. Anselmus de Cervi-Augia.
18. reficiuntur fornaces et fenestræ rectorii.
24. Erectum est 2dum altare in rectorio et piscina.
26. Adventus Lotharingi cum 1500 nunciatur; prædas equorum egerunt.
31. Ultimo hujus scribitur de portentis Wirtenbergicis et de viro albo gladium strictum tenente ducique apparente. an verum vel falsum?

[Annus Christi 1643.]

2. Jan. dimisi p. suppriorem Lucidam pro p. Hauser, [qui] ægrotare nunciatur.
3. Adfuit concionator Franciscanus.

* Franz v. Mercy, Gen. Feldzeugmeister.

* Weimar.